

rentes Universitatem vestram litteris pecierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulacionibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus illos qui possessiones, vel res, seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinuerint que predictis fratribus ex testamento decedencium relinquuntur, seu in ipsos fratres vel ipsorum aliquem contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale quas ipsi propriis manibus et sumptibus excolunt, sive nutrimentis suorum animalium spretis apostolice sedis privilegiis extorquere, monicione premissa si laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum in diocesibus et ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam donec predictis fratribus plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum iniectione in ipsos fratres vel eorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi.

Dat. Lateran. Idus Febr. Pontificatus nostri anno quarto.

Ego frater Henricus Dei et apostolice Sedis gracia Clug. Episcopus diligenter cum autentichio ascultavi et manu propria me subscripxi et sigillum apponi meum feci.

Diese Unterschrift ist autograph, und ebenso die Atteste von zwei Notaren, mit ihren signis. Dann von derselben Hand, welche die Urkunde geschrieben hat, die Versicherung des Notars Joh. Tempesta de Clugia, dass die Copie dem unversehrten Original (vera bulla plumbea cum corda serica more Curie Rom. bullatas) entnommen sei, in Episcopali Palacio Clug. a. 1301 Jul. 26, test. fratribus Ardizone Anton. Monacis de Brundulo ord. Cist. et Francisco ord. fratrum Minorum.

Endlich noch eine grosse Consistorialbulle desselben Papstes vom 10. März 1231 mit Unterschriften der Kardinäle. Die Bleibulle fehlt auch hier.

Gregorius episcopus servus servorum Dei : Dilectis filiis :
: Abbati monasterii Brunduliensis : eiusque fratribus : tam presentibus quam futuris regularem vitam professis : IN PPM : 1

1) So weit eine verlängerte Zeile. Das B scheint nachgetragen zu sein, in gleicher Weise wie die Anfangsbuchstaben der grossen Abschnitte.